



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.55. Visigothorum conversio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

**Sæculum VI.** dixerunt, Leovigildum septem diebus  
**A. C. 587.** mœrore languisse, & tot mala, quæ con-  
*Greg. Tur.* tra Deum ausus fuisset, deflevisse; tan-  
*VIII. c. ult.* dem Catholicum obiisse. Ut ut autem  
*Jo. Bictar.* res se habeat, anno Regni sui decimo  
 octavo, Jesu Christi 587. e vita mi-  
 gravit.

§. LV.

*Visigothorum Conversio.*

**S. Greg. ib.** Defuncto successit filius Recaredus, qui  
**Greg. Tur.** S. Hermenegildi vestigia secutus &  
**IX. c. 15.** in Fide instructus, cum veritatem Reli-  
 gionis Catholicæ perciperet, Signum  
 Crucis cum unctione S. Chrismatis, sci-  
 licet, Sacramentum Confirmationis re-  
 cepit. Mense decimo, ex quo regnare  
 cœpisset, tam fortiter & concinne co-  
 ram Episcopis Arianis pro Religione Ca-  
 tholica dixit, ut juvenis Regis sapien-  
 tiam admirati argumentis magis quam  
 Auctoritate ad amplectendam Fidem Ca-  
 tholicam permoverentur. Paucis, Re-  
 caredus totam Nationem Visigothorum  
 convertit, nec concessit, ut Hæretico-  
 rum ullus in exercitibus suis militaret,  
 aut munere civili fungeretur. Suevos  
 quoque ad Religionem Catholicam re-  
 duxit. Itaque Regni ejus principium in-  
 teritum attulit Hæresi in Hispania, ubi  
 ex illo tempore, quo Barbari advene-  
 rant, nempe ab initio Sæculi V. per an-  
 nos

nos centum & octoginta dominata fue-  
 rat. Conversionis Regiæ nuncio, Re-  
 caredo jubente in Provinciam Narbonen-  
 sem, quæ ipsi parebat, perlato, Hære-  
 tici, qui ibi versabantur, Regis ad exem-  
 plum conversi sunt; Athalocus vero A-  
 rianorum Episcopus superante indigna-  
 tione mortem oppetiit.

Sæculum VI.  
 A. C. 587.  
 Jo. Bictar.

Nihilominus Recaredi conversionem  
 secuti sunt non nulli motus, quos feliciter  
 repressit. Anno Regni ejus secundo  
 Episcopus Arianus, cui nomen Sunna,  
 cum Seggone & quibusdam aliis seditionem  
 commovere conatus est; at molitione  
 ista mature detecta Sunna in exilium  
 missus, Seggon quoque præcisus manibus  
 in Gallæciam proscriptus. Anno tertio  
 nova conjuratio Uldilæ Episcopi & Goswindæ  
 Regiæ Recaredi Novercæ patuit. Hæc  
 Recaredo addictissimam imo & Catholicam  
 sicut & Uldila se finxerat; sed deprehen-  
 si sunt, quod Communionem acciperent,  
 & deinde projicerent. (\*) Uldila solum  
 vertere jussus est, & Goswindam, nunquam  
 non Catholicis infensam, mors opportuna  
 abstulit.

Jo. Bictar.

§. LVI.

(\*) Hæc verba : *Hæc Recaredo addictissimam*  
*Esc. & quod sequitur de Communionem.*  
 Interpres Protestans pag. sua 399. p. 5. omisit.